

cum facilius per eam vitentur fractiones.

6. Quærantur tres numeri, quorum pri- Quæst. 6.
 mus additus ad 73. faciat duplum reliquorū
 duorum; secundus vero cum 73. faciat triplū
 duorum reliquorum; tertius denique cum 73.
 faciat quadruplum reliquo-
 rum duorum.

Pone primum
 numerum esse
 1. vel alium
 quemuis nume-
 rum imparē,
 ut additus ad
 73. faciat nu-
 merum parem,

<p>1. $10\frac{3}{4}$ $26\frac{3}{4}$ <hr style="width: 50%; margin: 0 auto;"/> $54\frac{3}{4}$</p>	<p>) (</p> <p>P P</p>	<p>3. $12\frac{1}{2}$ $21\frac{1}{2}$ <hr style="width: 50%; margin: 0 auto;"/> $36\frac{1}{2}$</p>
<p>$18\frac{1}{2}$ diuisor.</p>		

qui possit habere dimidium, quandoquidem
 primus cum 73. debet faceret numerum du-
 plum reliquorum duorum. Quoniam igitur
 1. cum 73. facit 74. qui numerus duplus debet
 esse, iuxta pronunciationem exempli, reli-
 quorum duorum, necesse est, reliquos duos
 simul esse 37. Et quia secundus cū 73. debet fa-
 cere numerū triplum primi, (qui est 1.) &
 tertij, diuidendus erit, per antecedentem
 quæstionem, numerus 37. in duas partes,
 quarum prior cum 73. faciat triplum nume-
 ri, qui ex posteriore parte, & 1. componi-
 tur, atque ita, antequam proposita quæstio
 soluatur, necesse est, aliam prius soluere, quæ
 in ipsa operatione occurrit.

Pone ergo priorem partem esse 2. atq; ad-
 eo posteriorem 35. Facit autem prior cum 73.
nume-